

17
(10)
Zweiter Brief

7

Ad

Patientis, morientis JESU
Salvatoris unici uniceqve dilecti

PIAM MEMORIAM ACTU ORATORIO

Ipso Parasceves die 10. April, An. M. DCCV.

Hora II. pomeridiana,

IN AUDITORIO TORGAVIENSI
recolendam,

DN. Mæcenates, Patroni ac Fautores

humanissime officiosissimeqve

invitantur

a

M. GODOFRID. STEINBRECHERO,

Rectore.



TORGÆ,
Stanno HEMPIANO,





Proh dolor!
JESUS MORITUR!

O cœli luete, flete terræ:
Dux vitæ abit, obit.

Vita ipsa moritur, mortalibus qui est vita.

Quid in peccati caligine errantibus eveniet,

Ipsa si Lux, si Dux occidit, intercidit?

Magni illius Regis milites torpebant,

Despondebant animum, scutum abjiciebant,

Cum prima vigilia Luna deficeret.

Cum sideris sui nitorem conderet,

Cum sanguinis colore suffuso lumen perderet.

O! quid denique?

Sol justitiæ ipse occidit!

Cœlum, fallor? nubilus, nebulis obducitur!

Quid cœlum?

Sol ipse, non Sol,

Solmi jubare non obducto, sed amisso,

In cruce cum occideret Sol justitiæ.

Terræ jusque anfractus rupiumque robora

Concutiebantur, per rumpebantur, disjiciebantur

Maximo cum fragore, tremore, horrore.

Ipsi defuncti putreque facti exciti, conciti

Testes, adesse, (en! adsunt,) jubentur oculati:

Occidisse, morte qui sua mortalitati pepererit vitam,

Obiisse, mortem qui nobis mutaverit in somnum,

Subiisse sepulcrum, sepulcrum qui fecerit cubiculum.

PRÆCLARÆ SUNT MORTES IMPERATORIS,

Imperatoris Regisque Spartani Leonidæ vox erat,

Mortem spontaneam medios inter hostes obeuntis,

Satisque facientis Vaticinio, canenti:

AUT

AUT SPARTANIS, AUT REGI OCCUMBENDUM.

Præclara, præclarissima mors JESU,

Ducis & Imperatoris ἀπομύθη, ἀμύθη,

Morte qui cruenta, cruenta qui victoria

Complevit illud divino instinctu afflatum Caiphæ:

SATIUS EST, PRO POPULO UNIVERSO MORI UNUM,

TOTUM QUAM PERIRE POPULUM.

Mortuo itaque uno JESU, universus vivit populus,

JESUS vivit, vivit & JESU comes.

Quare lugendo gaudete

O cœli! O terræ!

Veni namque debacchantes quiescunt,

Infani fluctus furere desinunt,

Cœlum cessat obnubescere, noctescere.

Terrarum motus tumultu non tremendo,

Non horrendo audiuntur, sentiuntur.

Hoc est:

Rabies diabolorum, Phariseorum inqvies,

Colluvies hostium collisa, elusa

Excessit, evasit, erupit.

Quin imo!

Ira irati Patris cœlestis composita, posita,

Et JEsus ipse passioni suæ coronidem imponens

Exclamat: CONSUMMATUM EST!

JESUS nempe moriendo vivit,

Id est:

Morte sua victoriola finem imponit cruci, truci;

Et moriendo triumphans

Triumpho Triumphator lauro coronatur

Felicissimus, gloriosissimus,

Securam in cœlesti patria sedem paraturus

Passionem JEsu pia memoria recolentibus,

Morte JEsu dulcissimi confidentibus,

Merito JEsu innixa fide discedentibus.

Cupressum igitur mutata myrto,

Ponite timorem, horrorem abjicite,

O Mortales vel Angelis feliciores:

Dux vitæ vobis vivit,

Sol justitiæ vobis luget,

Dominus gloriæ vestra est gloria.

Vel

Vcl clarius:

JESUS moritur, ut vivatis.

JESUS vivit, ut ne vos moriamini.

En! Lector benevole,

JESUM Bono tuo morientem,

Cujus mortem fructumque plane egregium
Vividioribus quasi coloribus pictum sistet,

Generosa profapia nobilissimus,

Virtutumque splendore insignis Juvenis:

AUGUSTUS FRIDERICUS à DRANDORF. Nobil. Mitr

Cujus pia Meditationi pramittit

Juvenis & probus & modestus:

JOHANN. JACOBUS LESCHNERTUS, Damsf. Saxo,

Brevem de Christi passione Orationem.

Ipsa materiae dicendae gravitas,

Temporis, quo JESU memoriam colimus, ratio ipsa
ad auscultandum invitat

Quotquot JESUM sincere amant,

Quotquot JESU passione ac morte se delectant.

Accedite itaque, Scholarum Inspectores,

Patroni, Fautores nobilissimi, honoratissimi,

JESUM morientem pio oculo respicite,

Æternum non morituri.

Passionis mortisque JESU fructum pio animo reponite,

Æternum cum JESU vivente triumphaturi.



78 M 437



TA → OL


kein Rest.

nur 5A, Steu Verknüpfung bisher



1077





Ad
Patientis, morientis JESU
Salvatoris unici uniceqve dilecti

MEMORIAM ORATORIO


die 10. April, An. M. DCCV.

II. pomeridiana,
ORATORIO TORGAVIENSI
recolendam,

Patroni ac Fautores

ne officiosissimeqve
INVOCANTUR

à
STEINBRECHERO,
Rectore.



ORGÆ,
HEMPIANO,

